



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

L. f. d. 3. 7 AD Primum argu, dicendum q̄ Deus non diligit vnum plus q̄ alium accipiendo gradus dilectionis secundum intentionē actus diligendi, sed solum quantum ad gradum boni volunt, et respectu talis boni diligit plus meliorē. Sed melior est aliquis quandoq; secundum præsentem iustitiam qui non est melior secundum præficienciam, & secundum hoc melior præficienciam nō diligit plus simpliciter, quia nō est tantum bonum gratiae quod quis habet præficienciam quam est bona gloria quod preparatur alius secundum præficienciam. Et, eodem modo quantum ad velle approbationis & cōplacentia de bono habito plus diligimus meliores, sed quantum ad veile desiderii, & operationis de bono habendo plus vel tantu diligimus propinquos licet actualiter minus bonos, & præter hoc est in nobis gradus intentionis in actu diligendi properatio maiori coniunctionem quam habent aliqui ad nos plusquam alii. Aliter respondeat communiter quod in hoc conformatur deo q̄ plus diligimus eos qui nobiscum magis cōmunicant sicut & ipse eos qui secum magis cōmunicant quanquam non sint idem hi & illi.

8 Ad secundum dicendum q̄ si ad dilectionē propinquorum ex charitate nō concurreret alia ratio diligendi quam illa quam imperaret charitas, tunc extranei meliores essent magis diligendi quam propinquū minus boni propter rationē qua tangitur in argumento. Sed quia in dilectione propinquorū includuntur plures rationes diligendi quam in dilectione extraneorum ut declarātur. Ideo plus diligenti sunt propinquū quam extranei.

Sententia huius distinctionis. XXX.

in Generali & Speciali.

HIC Quare solet. Superioris determinauit Magister de ordine charitatis secundum quadruplicem modū dilectionis. Hic determinat de ordine charitatis secundū quantitatē meriti. Et diuiditur in sex. Primo mouer quæstionem. Secundo respondet ibi, sed hac cōparatiōnē. Tertiō obicit in contrariū ex auctoritatibus Aug. ibi, Aug. ramen. Quartō determinat auctoritatem ibi, quod si quis simpliciter. Quintō mouet ex dictis incidentem quādā. Non ibi, Illud verò quod sequitur. Sexto verō determinat eam ibi, quidam quod hic dicitur. Hæc est diuisio &c.

2 IN Speciali sic procedit. Primo querit quid sit magis meritorum diligere amicos, an diligere inimicos. Ipso dicitur potest intelligi comparatio ista. Vno modo ut comparetur dilectio amici ex una parte ad dilectionem amici & inimici ex altera, & sic dilectio secunda est magis meritoria q̄ prima. Alio modo q̄ in eodem homine compareatur dilectio amici ad dilectionē inimici & sic siue sit unus actus dilectionis siue duo quo diligitur amicus & inimicus semper videtur q̄ dilectio amici sit potior, quia est feruentior. Arguitur tamē in contrariū per Aug. qui dicit quod diligere inimicos est perfectior & nō est tot homini quod exaudiatur in oratione dominica cum dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus &c. Et sic dilectio inimicorum videtur potior q̄ dilectio amicorum. Et respondet ad hoc secundum distinctionem suprapositam p. Aug. intelligit perfectiorē esse dilectionem qua diligitor amicus & inimicus simili quā sit illa qua diligitor solum amicus. Tunc mouet dubitationem ex hoc q̄ dicit Aug. q̄ dilectio inimicorum nō est tot homini quod exaudiatur in oratione dominica, cum dicitur. Dimitte nobis debita nostra, quia nulli dimittutur peccata nisi sit in charitate. Si ergo plures exaudiuntur in predicatione oratione dominica q̄ sint illi qui diligunt inimicos, sequitur quod diligere inimicos nō cadit sub præcepto charitatis quod est inconveniens cum nomine proximi oī homo intelligatur, cō dicitur. Diliges proximum tuū sicut teipsum. Et respondet duplicititer. Vno modo quod diligere inimicos est perfectius in præceptum, sed imperfectius est solum consilium. Alio modo respondet quod dilectio inimicorum est perfecta per quam exhibentur eis signa dilectionis orādo, & eis benefaciendo solum est perfectiorum, nec cadit sub præcepto quantum ad omnes generaliter, & sic intelligit Aug. Et in hoc terminatur &c.

QUESTIO PRIMA.

Vtrum de necessitate salutis sit diligere inimicos.

Tro. 3. 2. q. 25. ar. 8. cō. 9.

C Irca distinctionem istam primo queritur, vtrum de necessitate salutis sit diligere inimicos. Et arguitur quod non, quia natura non inclinat in contrarium charitatis, sed qualibet res naturaliter odit contrarium, ergo & charitas, sed inimicus est contrarius nobis & charitati, ergo non est diligendus sed odieundus.

2 Item non est necessarium illum diligere cui licet malum optare, & de cuius malo licitum est gaudente, sed inimicus licitum est mala optare, & de malis eorum gaudente, igitur &c. Maior de se patet, minor probatur ex hoc q̄ in sacra scriptura frequenter ponuntur imprecatio[n]es malorum contra inimicos & in gaudium, & in consolacionem bonorum prædictio[n]es destrucio inimicorum, quare &c.

3 Et confirmatur hoc per illud quod dixit Dominus Mat. 5. Auditis quod dicitur est antiquis diligētis amicū tuū & odio habebitis inimicum tuū.

4 IN CONTRARIUM est quod dicitur Mat. 5. Diligite inimicos vestros. & ibidem, Si diligitis eos qui vos diligunt quam incedem habebitis, c. d. nullam; ergo sine dilectione inimicorum vel non diligentium non est salus.

5 RESPONSI[O]. Cum charitas attendatur penes affectum, & effectū, ut dictū fuit supra, di. 29. q. 1. ideo circa questionē istam videnta sunt duo. Primum est vtrū teneamus inimicos diligere quod affectū. Secundum est vtrū teneamus eis exhibere signa dilectionis in effectū.

Quantum ad primum sciendum est quod inimicus potest capi duplicititer, scilicet formaliter secundum quod inimicus, vel materialiter secundum quod homo ad imaginē dei existens. Primo modo nō tenemur diligere inimicum, si inquantum est inimicus, immo magis odire. Cuius ratio est, quia approbare malum culpe in alio peruersum, & charitatem contrariū. Sed diligere inimicum inquantum inimicus est, virtuoso & habenti charitatem est approbare malū culpe in eo, ergo hoc est peruersum & charitati contrariū. Item equalis peruerſitatis est odire amicum & diligere inimicum accipiendo vtrūq; formaliter. Sed per se malum est odire amicum inquantum amicus est, ergo & diligere inimicum inquantum inimicus est. Si autem accipiat materialiter, scilicet inquantum homo ad imaginē dei existens. Sic dicendum est quod diligere inimicum in generali est de necessitate salutis, ut scilicet Diliges Deum & proximum, ab illa generalitate non excludat inimicū, sed nō de necessitate salutis ut speciali motu dilectionis afficiatur aliquis ad inimicū nisi vbi appareat eūdēs necessitas. Primum patet, quia charitas attingitur in eo qui ex charitate diligitor ratione diuinæ imaginis secundum quā est capax beatitudinis, sed hæc ratio inuenitur in omni hoīe tam amico q̄ inimico, ergo secundū hæc rationē generalem in dilectione charitatis includitur inimicus. Secundū patet, quia ille motus dilectionis qui nō est de necessitate salutis ad amicū nō est de necessitate salutis ad inimicū, sed specialis motus dilectionis ad amicum nō est de necessitate salutis extra casum necessitatis nisi secundum præparationē animi si necessitas adesse, ergo multo minus est de necessitate salutis ad inimicū, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundum aduertendum est q̄ cum esse etius exterior dilectionis corresponeat interior affectus sicut tenemur diligere inimicū affectu, ita tenemur exhibere signa dilectionis in effectū. Cum ergo vt patet ex primo articulo exterior affectus dilectionis ad inimicum fit de necessitate salutis solum in communi, nō autem in speciali nisi secundum præparationē animi (si si necessitas adesse), fit dicendum est signa & beneficia dilectionis quæ exhibentur generaliter proximis pura cum aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro resto populo, non sunt neganda, vel subtrahenda inimicis, hoc enim pertinet ad luorem vindictæ contra illud quod, dicitur Leuiticii decimonono, non quæres ultionem, nec memor eris iniurie ciuiorum tuorum, beneficia vero vel dilectionis signa quæ quis exhibet specialiter & particulariter aliis personis non est necessarium exhibere.

Magistri Durandi de

bere inimicis, quia nec est necessarium, sed perfectio-
nis talia exhibere amicis extra eam necessitatis. In casu
autem necessitatis est necessarium virisq; tam amicis quam
inimicis talia exhibere, secundum illud Pro. 25. Si seruire
sit inimicus tuus tiba illum, si situr da potum illi.

8 A D primum arg. dicendum qd; natura sicut inclinat
in odium contraria sic & charitas. Charitas enim inclinat
in odium inimici in quantum inimicus est, secundum illud
Psal. Perfecto odio oderam illos, sic enim est charitati &
odiorum, inquantu autem est homo ad imaginem dei ex-
stens & capax beatitudinis, sic non esset contraria charita-
ti, sed potius haberet id quod in unoquoque attendit chari-
tas. Et hoc modo est ex charitate diligendus.

9 Ad secundum dicendum qd; non est necessarium diligen-
te ex charitate cui licet est optare malum oppositum bo-
no quod per se respicit charitas. Tale enim bonum est gra-
tia & gloria, quorum oppositum non est licet optare cuicunque
inimico. Ad bona autem temporalia non respicit charitas
nisi inquantu ordinantur ad bonum gratiae & glorie. Et
quia prosperitas in his bonis quandoq; est occasio subuer-
soris bonorum gratiae secundum illud Deut. 32. Incrasatus
est dilectus & recalcaratus & dereliquit Deum factorem
suum. Aduersitas vero occasio est ieuuenti ad Dominum,
secundum illud Oz. 8. In tribulatione sua mane confun-
gent ad me. Ideo licet est ram amicis qd; inimicis talia
mala optare. Et de ipsis si euenerint gaudere non quia ma-
la sunt, sed quia promota sunt ad bonum, vel impedita
maiorum malorum. Rursus quia charitas ordinat habet
& plus debet quilibet se diligere quam alium, & proprie-
quos quam extraneos, & amicos quam inimicos, & boni
comune quam priuatum. Ideo potest aliquis salua chari-
tate optare malum temporale alicui non inquantu malum
est illius, sed inquantu est impedimentum malorum al-
terius quem plus tenetur diligere.

10 Ad tertium dicendum qd; nunquam scriptum est in lege
vetere, odio habebis inimicum tuum. Sed additum fuit ex
prava interpretatione Iudeorū, qui ex hoc quod praecipie-
batur dilectio amici. Leuit. 19. Concluēbant qd; inimici
essentodiendi. Dominus autem hanc interpretationem elis-
timul cum dilectione inimici addens consilium de osten-
tione signorum benevolentiae ad ipsam.

Q V E S T I O N E C Y N D A.

Vtrum diligere amicū sit magis meritoriu quam
diligere inimicū, an econuerso.

Thom. 3. 1. q. 27. art. 7.

Secundo queritur verum diligere amicū sit magis me-
ritorium qd; diligere inimicum, an econuerso. Ex argui-
tur qd; diligere amicū, quia illud quod est melius est magis
meritorium, sed diligere amicū est melius qd; diligere
inimicū, ergo &c. Maior de se patet, sed minor probatur,
quia minus bonum dimittendum est pro magis bono si in-
cumbar necessitas alterum dimittiēdi. Sed dilectio inimi-
corum quod exteriorē effectum quia affectu proportion-
atur, dimittenda est pro dilectione amicorum, quia quan-
do non possumus virisq; subuenire tenemur subuenire
amicis, dimissis inimicis, quare &c.

2 Itē si oppositum est in opposito, & propostū in proposito,
sed odire amicū est peius qd; odire inimicum, ergo diligere
amicū est melius, ergo est magis meritorium.

3 IN CONTRARIVM arguitur, quia secundū
Greg. Seruicia tanto sunt magis accepta, quanto minus de
bita, sed minus est debitus diligere inimicum quam ami-
cum, ergo est Deo magis acceptum, quare & magis meri-
torium.

4 R E S P O N S I O. Dilectio amici & inimici pos-
sunt dupliciter accipi. Vno modo sic qd; vna excludit alterā,
vt cū aliquis sic diligat amicos qd; nullo modo dilis-
git inimicos, nec actu nec habitu, sed forte odit. Econtra-
rio autem forte non est possibile qd; aliquis diligat inimi-
cos & nō diligat amicos. Alio modo possunt accipi sic qd;
neutra excludat alterā. Primo modo quæstio est nulla,
quia comparatio secundū magis & minus tale supponit
vtrunc; esse tale, ergo comparatio secundū magis & mi-
nus meritorium inter aliqua supponit vtrunc; esse meri-
torium. Sed dilectio amici excludens dilectionem inimi-
ci non est meritoria cum ex charitate teneamus inimi-

Sancto Porciano

cos diligere vt prius patuit, ergo nulla potest esse compa-
ratio inter ipsam & dilectionē inimici que sit magis me-
ritoria, quia altera nullo modo est meritoria, scilicet dile-
ctio amici excludens dilectionē inimici, dicente domino
Mat. 5. Si diligitis illos tantum qui vos diligunt quā mer-
cedem habebitis qd; nullam.

Si vero utraq; dilectio sic accipiatur qd; neutra exclu-
dit alteram, adiuc hoc posset esse duplicitas, uno mo-
do quia vna non solum non excludit alteram, sed includit
& non eccl̄o, sicut cum aliquis acutus dilectione fer-
tur in amicum & inimicum, alius vero feratur in amicum
tantum non includendo inimicum non tamen excludendo,
quia de inimico non cogitat. Alter modo quia vna non
excludit alteram nec includit. Primo modo quæstio non
est dubitabilis, quia constat qd; diligere amicū & inimi-
cum propter Deum perfectius est qd; diligere amicum, quia
omne bonū secū includens aliud, melius est & perfectius
qd; bonum inclusum & non includens, sic est in proposito,
quarē &c. Et iterum perfectior actus est qui se extēdit ad
remoriō, sed dilectio qua diligetur amicus & inimicus
se excludat ad remoriō, quā dilectio amici, ergo est per-
fectior, ergo &c.

7 Si vero vna non excludit alteram, nec includit sicut
cum aliquis tertius per actum dilectionis in amicum nihil
cogitans de inimico, alius vero tertius per actum dilectionis
in inimicum nihil cogitans de amico, sic videtur quod
ceteris paribus, si habetur charitas in utroq; & intensio
actus hinc inde dilectio inimici est magis meritoria
quam dilectio amici. Quod patet duplicitas. Primo si,
quando duo actus boni sic se habent quod procedunt ex
pari habitu & sunt quā intensi ad unum tamen require-
tur maior conatus ex natura operis qd; ad alium, ille ad
quā requiritur maior conatus est magis meritorius. Sed
ad dilectionem inimici si sit quā intensa sicut dilectio
amicī requiritur maior conatus ex natura operis, ergo
est magis meritorius. Maior patet. Conatus enim maior
quando requiritur solus ex parte operantis qui est male
dispositus non auger meritorii. Alioquin plus meretur in-
cōtinens qd; tēperat faciendo finit opus de genere virtu-
tis, quia opertus incontinentem plus conari propter ma-
lam dispositionē qd; temperatū. Hoc autem non est verum,
quia tunc virtutes magis obseruent qd; profectus. Sed quā
de maior conatus requiritur non propter indispositionem
operis, sed propter difficultatem operis, tunc maior co-
natus facies qd; actus difficultas sit quā intensus sicut actus
facilius auger meritorii. Minor de se patet, qd; ad diligen-
tiam inimicum quā intensa sicut aliquis diligat amicum
requiritur, maior conatus cū sint hic plura repugnantia,
& pauciora attrahentia, quare &c. Secundo sic, ille actus
cū tota intentio reducitur in charitatem est magis meri-
torius qd; ille cuius similis intentio non totaliter reducitur
in charitatem. Et causa huius est quia meritoria innititur pri-
cipaliter charitati. Sed dilectio inimici est talis actus qd;
tota ratio diligēdi inimici est charitas ad deum. Tora au-
tem ratione diligendi amicum non semper est charitas, sed
concurrit aliqua alia ratio, scilicet communicatio in ali-
quo bono consanguinitatis, vel ciuitatis, vel huiusmo-
di, quare &c.

8 Sed contra hoc arguitur sic, sicut charitas necessario
exigit vt diligatur inimicus, sic ordo charitatis necessario
exigit qd; amicus plus diligatur quā inimicus, sed pro-
pter primum dilectio amici qua dilectionē inimici exclu-
dit, non est meritoria, vt dictū fuit, & ideo inter ipsam &
dilectionē inimici non est comparatio quia earum est magis me-
ritoria, ergo propter secundū, dilectio inimici cū equatur
dilectio amici non est meritoria, quare vt videtur inter ip-
sam & dilectionē amici non est recta comparatio quia ea-
cum sit magis meritoria, ergo quæstio in hoc sensu est
nulla. Et dicendum ad hoc quod diligere amicum plus
quam inimicum est de ordine charitatis respectu eius-
dem diligenter in casu necessitatis quando affectus cum
effectu non potest utrunc; exhiberi. Tunc enim idem ho-
mo inimicum quā diligens, vt amicum peccat facien-
do contra ordinem charitatis. Sed respectu diuerorum
diligentior, maximē extra eam necessitatis non est
contra ordinem charitatis quod vnu proprius Deum velit
inimico tantum bonum & tanto affectu sicut aliud vult
amicū

amicus, immo pertinet ad perfectionem charitatis. In eodem etiam homine pro alio tempore & extra calum praeditum non est contra ordinem charitatis quod velit par bonum, & pari affectu amico & inimico. Et in hoc sensu procedit ratio & non in primo.

9. Si autem cetera non essent hinc inde paria, vel saltem intentio actus non esset aequalis non posset vno sermone determinari quae dilectio sit magis meritoria, quia intantum potest dilectio inimici esse imperfecta in uno quod erit secundum infimum gradum charitatis, in alio dilectio amici poterit esse valde perfecta. Et tunc dilectio amici erit magis meritoria quam dilectio inimici, & econuerio in uno poterit dilectio inimici esse valde perfecta, in alio autem dilectio amici valde imperfecta, & tunc oportet eos uero dicere quod dilectio inimici sit magis meritoria, & multe aliquae varietates poterit incidere, propter quas oportebit variare iudicium nisi cetera supponantur hincinde paria modo quo dictum est.

10. A D Primum argu dicendum quod magis bonum est magis meritoriorum supposita aequali ratione debiti. Sed si est magis debitum non est verum, sicut reddere mutuum melius est cum sit actus iustitiae quam dare suum qui est actus liberalitatis, & tamen non est ita meritorius. Plus enim obligatur beneficium, qui liberaliter dedit & recipiens mutuum quod tradidit obligetur illi qui mutuum reddidit quod non est nisi dare suum est magis meritoriorum & reddere alienum, diligere autem amicum est magis debitum quam diligere inimicum, & ideo dato quod est melius non sequitur quod sit magis meritorium. Potest dici ad minorrem per intermissionem, quia dilectio amici non est melior quam dilectio inimici. Quia dilectio inimici includit dilectionem amici, vel actu, ut cum aliqui diligunt propter Deum amicum & inimicum, vel habitu & ex natura rei & non solum ex suppositione, quicunque enim diligit inimicum sequitur ex natura actus & obiecti quod diligit amicum habitu, & diligeret actu, affectu, & effectu, si occurreret & opus esset. Non sic autem sequitur econuersio. Bonum autem includens aliud, melius est, quare ut videtur dilectio inimici melior est quam dilectio amici. Et cum probatur quod non, quia illud quod est dimittendum propter alterum est minus bonum. Dicendum quod non oportet, sed est boni minoris necessitatis, verbi gratia philosophari melius est quam diligere, & tamen indigenti dimittendum est philosophari propter diligere, quia est minoris necessitatis. Similiter dilectio inimici dimittenda est quoad effectum propter dilectionem amici, quando non potest utrumpque subveniri nisi non quia est minus bona, sed quia est minus necessaria & minus debita.

11. Ad secundum dicendum quod in illis in quibus unum se habet per additionem ad alterum tenet consequentia ecclastio, & non consequentia in ipso, ut patet in viuere & esse, sicut omne quod viuit est, sic omne quod non est non viuit. Et quia dilectio inimicorum se habet per additionem ad dilectionem amicorum quam aliquo modo includit, ideo sicut melius est diligere inimicum, sic prius est odire amicum.

Sententia huius distinctionis. X X X I.

generalis & specialis.

I Llud quoque non est prætereundum. Superiorus determinauit Magister de charitate in se, & de numero diligendorum, & de ordine diligendi. Hic determinat de permanentia charitatis. Secundum determinat de permanentiâ charitatis in statu etiam viatorum. Et in secundo de statu comprehendetur ibi, aduentendum etiam est. Prima in duas, quia primo tangit quandam errorum, & eum destruit. Secundo autoritates quibus predictus error innititur, determinat & exponit ibi, quod vero Apostolus. Secunda pars principalis que incipit ibi, aduentendum etiam est, dividitur in duas. Quia primo inquirit an charitas maneat in comprehensionibus. Secundo an origo charitatis fuerit in Christo ibi, hic iam superest in charitate inuestigare. Haec est diuinus &c.

2 IN Speciali sic procedit. Primo dicit quod quidam assertuerunt charitatem semel habitam non posse amitti propter hoc quod ait Apostolus ad Cor. 15. Charitas nunquam excidit. & Aug. dicit quod charitas que deferi potest num-

quam fuit vera, & multe alias autoritates ponuntur in litera quæ videntur idem sonare, sed in contrariis est ratio & autoritas, ratio quia quidam primo sunt boni qui postea efficiuntur mali. Et sic primo habent charitatem, & postea amittunt eam, Christus etiam in euang. dicit quorundam non mina scripta esse in libro vite quibus posset dicturus erat nescio vos, multi enim scripti sunt in libro vite secundum praesertim iustitiae qui non sunt ibi scripti secundum præscientiam, quia ad tempus habent charitatem quia postea finaliter defuerunt. Tunc respondet ad autoritates in contrariis dicens quod illud Apostolus charitas nunquam excidit non intelligitur quin charitas habita possit amitti. Sed fit ibi comparatio de charitate ad fidem, & spem quod non manebit in patria sicut charitas. Id etiam quod dicit Aug. quod charitas que defert potest non fuit vera, intelligendum est quod non fuit vera quantum ad ultimum effectum qui est perducere ad regnum celo rum quanquam fuerat vera quantum ad essentiam charitatis. Alio modo respondet quod charitas perfecta amitti non potest. Et sic respondet ad oes autoritates in contrariis. Postea querit cum charitas viatoris sit ex parte, quia ex parte diligimus sicut fides, spes, & scientia sunt ex parte quare quare charitas non euacuatur sicut fides, spes, & scientia diligitur euacuari. Et respondet quod fides & spes totaliter euacuabitur in patria. Scientia vero euacuabitur quantum ad actum & modum qui nunc est, & non quantum ad essentiam scientiarum. Charitas vero manebit in patria quantum ad essentiam & actum & modum, exclusa tamen imperfectione. Ultimum querit utrum in Christo fuerit ordo diligendi. Et arguit quod non, quia si diligit proximum sicut seipsum sicut volunt se salvare, ita volueret de aliis, sed non oes alii sunt salvati, ergo &c. Et respondet quod charitas & ordo charitatis fuerunt in Christo ad modum bonorum qui nihil volunt nisi illud quod sciunt Deum velle, & sic Christus volunt salvatori solum illos quos sciebat deum velle salvare. Et in hoc terminatur sententia &c.

Q UÆSTIO PRIMA.

Vtrum charitas semel habita possit amitti.

Tho. 2.2. q. 24. ar. 11. 5^o. 12.

Circa distinctionem istam primo queritur de charitate in viatoribus. Et secundo in beatis. Quantum ad primum primo queritur, ut ille charitas semel habita possit amitti. Et arguitur quod non, quia contra iustitiam est non reddere ad id quod ex debito quis tenetur. Sed habenti charitatem debetur gloria, ergo omni habenti charitatem reddetur gloria a Deo qui non potest contra iustitiam facere, hoc autem non est si charitas semel habita amitteretur, ergo &c.

2 Item amor charitatis est fortior quam amor naturalis, sed amor naturalis non amittitur per peccatum, ergo nec omnis charitatis.

3 IN CONTRARIUM est quia quicunque potest mortaliter peccare potest sine charitate esse, quia charitas & peccatum mortale non stant simul. Sed quicunque habet charitatem pro statu vite potest mortaliter peccare cum non sit confirmatus in bono, ergo potest charitatem amittere.

4 Item omnis habens charitatem scriptus est in libro vite, nec deletur ex eo nisi amittere charitatem, sed multi scripti in libro vite delectur ex eo secundum illud Pfl. Delicantur de libro viventium, ergo multi habentes charitatem amittunt eam.

5 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est, an charitas semel habita possit amitti. Secundum est, qualiter ratione talis amissionis dicitur aliquis de libro vite deleri.

6 Quantum ad primum patet tripliciter quod charitas semel habita potest amitti. Primo sic, sicut se habent actus nostri effectus ad habitus acquisitos, sic se habent actus nostri meritorie vel demeritorie ad habitus infusos, sed habitus acquisiti ex actibus nostris corruptur effectu ex actibus contrariis, ut patet ex secundo Ethici. ergo habitus infusi corruptuntur in nobis demeritorie per actus contrarios his quibus meremur, ut nobis infundantur, sed omne peccatum mortale est actus contrarius

L 3 actus